



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. XXXII. De gratiarum actione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

prece inuoca, vt ad intima cordis tui ingredi dignetur. Aut recorderis saltem prioris Sacramentalis Communionis, & feruenti desiderio ad ipsum dicito: Domine Deus meus, quando te demùm in intima animæ meæ suscipiam? O Deus meus, veni etiam nunc virtute pari in me spiritualiter, & adiuua.



CAPVT XXXII.

De gratiarum actione.

VNiuerſa quæ facimus bona, à Deo proueniunt, & ipsius

ipfius funt: Idcirco & ipfi foli gratias agere debemus pro omnibus fpiritualibus exercitiis, & pro obtenta victoria contra hoftes noftros: quẽadmodum quoque pro reliquis beneficijs omnibus, quæ aut nobis folis benignè contulit, aut funt nobis cum alijs communia.

*Quare
& quo
modo
Deo
gratia
agen-
da.* Vt autem & hoc legitime preftare poffis, memineris precipuam caufam cur Omnipotens Deus, fua nobis dona benignè conferat, hanc effe; vt ipfi piè, rectè ac dignè agam⁹ gratias. Cumque is ipfe Dominus Deus nofter, in benefici-

cio.

ciorum omnium largitione,
prius ac potius suum spectet
honorem: deinde vtilita-
tem nostram: idcirco & tu in
omnibus acceptis beneficijs,
agnolces primò ipsius Dei Om-
nipotentiam, Sapientiam,
& immensam bonitatem, quæ
in cunctis eius beneficijs glori-
osè relucet.

Dein meditare nihil in te
esse dignum tantis Dei benefi-
cijs: sed tua omnia esse ingra-
titudinem, miseriam, extre-
mamque vilitatem. Tandem
ergo exhibe te obediètem suæ
diuinæ voluntati, & stude im-
plere, quæ per ista beneficia
Deus

Deus abs te postulat: videlicet
 vt ipsum præcipuè ames, ipsi-
 que diligentius seruias, & te
 totum liberè offeras ac dedas:
 sicut iam te plenius docebo.



CAPVT XXXIII.

*De perfecta suÿpsius obla-
 tione.*

Obla- **V**T te Deo rectius, ipsique
 tio gratius offerre possis; me-
 Chri- ditare eius dilectissimum fili-
 sti ero um, Dominum nostrum Iesum
 ga Pa- Christum, dum in terris vixit,
 trē cœ, non solùm seipsum, omniaq;
 lestē. sua opera, sed & nos omnes
 cœ-